

*Armeniaci nomen 165, Marcus a. 164; similiter Parthicus maximus Marcus appellatur in nummis inde ab a. 166, Verus iam inde ab a. 165 (Eckhel 7, 72); cf. quae narrantur in vita Marci c. 9. Ceterum teste diplomate veterani dato d. 5 Mai. 167 (III p. 888) ipse Marcus Parthicus tantum, non Parthicus maximus appellari voluit* — 3) *Medici nomen receperunt anno 166, sed post mensem Mart. (eph. ep. 2 p. 462).* — 4) *Lucilla Marci filia Vero nupsit a. 164.*

**367** imp. Caes. | L. Aurelio | Vero Aug. Ar|men. Part. max. | Med. p. m., tr. p. V[II], | cos. III<sup>1</sup>, | L. Alfenus Avi|tianus p. p.<sup>2</sup>, tr. | coh. III vig., | XIII urb. . . . | . . . . .

*Guadix in Andalusia, ubi fuit Acci (II 5399 descr. Huebner). — 1) Consul tertium Verus fuit a. 167, unde numerus tribuniciae potestatis suppletur. — 2) Primipilaris.*

**368** Concordiae | Augustor. | imp. Caes. M. Aureli Anto|nini Armeniac. Medic. Par|thic. maximi p. p.<sup>1</sup>, et | imp. Caes. L. Aureli Veri Armeniaci | Medici Parthici maximi p. p.<sup>1</sup>, | L. Gargilius Q. fil. Pap. Augustalis aed. | statuam, quam ob honorem | aed(ilitatis) super legitim(am) ex HS III mil. | num. pollicitus est, ampli[ata] | pec(unia) anno suo posuit dedicavitq.

*Caicul (Djemila) Numidiae (VIII 8300, descripsit Delamare auctor accuratissimus). — 1) Patres patriae videntur appellati esse Marcus et Verus a. 166 (vit. Marci 9, 12), post mensem Martium (eph. ep. 2 p. 462), quamquam in nummis Verus numquam, Marcus ab anno demum 177 ita appellatur (Eckhel 7, 79).*

**369** imp. Caesari L. Aurelio | Vero Aug. Armeniac. Med. | Parthic. pontific., tribunic. | pot. VIII, imp. V, cos. III, p. p.

*Romae in mausoleo Hadriani (cf. ad N. 322) descripta reperitur in vetere codice Einsidlensi (saec. IX) et denuo saec. XIV—XVI, quo periit (VI 991). Est titulus sepulchralis imperatoris Veri defuncti a. 169.*

**370** divo Vero Parth. max., fratri | imp. Caesaris M. Aureli Antonin. Aug. | Armeniac. Medic. Germ.<sup>1</sup> Parthic. max.<sup>2</sup>, | tribunic. potestatis XXVI<sup>3</sup>, imp. V, p. p., | cos. III, procos., | colonia Ulpia Traian. Aug. Dac. | Sarmizegetusa.

*Sarmizegetusae in Dacia (III 1450). — 1) Germanici nomen sumpsit Marcus a. 172 (Eckhel 7, 59 seq., cf. Dio 74, 3; vit. c. 12). — 2) Post mortem Veri Marcum non amplius voluisse appellari Armeniacum Parthicum Medicum indicat vit. c. 12, confirmant nummi (Eckhel 7, 88); inveniuntur tamen ea nomina etiam postea passim in titulis ei positis. — 3) A. 172.*

**371** [imp. Caes. M. Aur. Antonino Aug. pont.] max., trib. | [pot. . . , imp. . . , cos. . . , pro]c[os]. Armen. Med. [Parth. max., divi] | Antonini fil., divi [Veri Parth. max. fra]t[ri], divi Hadr. nep., divi [Traiani Parth.] | pronepoti, divi Nervae [ab]nep., co]lonia Ulp. Traian. Aug. Dac. | ancipiti periculo virtu|tib. restituta.

*Sarmizegetusae in Dacia: semel descripta saec. XVI a Verantio (Eph. 4, 188).*